

**Corpus Juris Canonici, Per Regulas Naturali Ordine  
Digestas, Usuque Temperatas, Ex Eodem Jure, Et  
Conciliis, Patribus, Atque Aliunde Desumptas, Expositi**

Opus, Tum In Rebus Obscuris Claritate, Tum Dispersis Collectione ac  
delectu, in contrariis conciliatione, eximium, simulque Indicibus ac  
Præfationibus, Notisque quamplurimis & exquisitis illustratum, ; In Tres  
Tomos divisum

Complectens Prolegomena Ad Jus Canonicum In Se Et Universim  
Consideratum

**Gibert, Jean-Pierre**

**Coloniæ Allobrogum, 1735**

Sectio III. Observationes in Collectionem Regionis collatam cum Decreto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74413)

Collectionem MARTINI Baccarenſis commemorat ve-  
lū parteſ Collectionis ISIDORI. Quid in hac no-  
vi continetur, conſtat ex Compilatione *Decretalium*  
omnium Prædeceſſorum SYLVESTRI, cum *Decretis*  
eorumdem Pontificum, & ex Collectione Concilio-  
rum Callicorum, atque Hispānicorum, quæ *Septem*  
prioribus ſeculis habita ſunt: item ex *Donatione*  
*CONTANTINI*, cum Decretis Pontificum posteriorum  
iis, quorum Decreta *Dionyſius* compilavit. Ex hac  
Collectione *Gratianus* defumpſit ea, quæ laudat è ſpu-  
riis Decretalibus, poſto quòd ejus verba conſentia-  
neſ ſint verbiſ in eis compilatione exprefſis (ſecuſ ex  
Collectoribus *Isidoro* posterioribus hauiſt, qui illas  
Epiftolas interpolaverunt) item poſto quòd hæc con-  
ſentia excepta neque à *BURCHARDO*, neque ab  
*IVONE*, aliove Collectore, quem *Gratianus* deſcribere  
potuerit, compilita fuerint.

Alia plurima circa eamdem Collectionem dicenda  
effent, fed ea ab ejus Collatione cum Decreto, ca-  
terisque Collectionibus Corporis Juris hic institutā,  
ſunt aliena. Adſicemus, cam eſſe primum fontem  
Textuum XIV. à ſpuis Decretalibus defumptorum,  
qui leguntur in Collectione *Gregorianā*: monebimus-  
que, i. *BALUSIUM* in ſuā *Prefatione* in *REGINONEM*,  
meminiffe Codicis M.S. Eccleſia *Urgellensis*, quòd  
alias non contineat *Epiftolas*, quām Successorum *DA-  
MASI*: multa eſſe Concilia, Decreta Pontificum, alia-  
que Acta relata in illā Collectione, quæ in nullā alia  
anteriore viſuntur, unde ſequitur Collectoris poſte-  
riores ex illā ſumpſiſe id, quod ex iis Actis referunt.

Plures quām XV. apud *Gratianum* ſunt *Canones*  
è Collectione *Capitularium Regum* defumpti, qui lau-  
dantur, modò ſub nomine *Capitulorum CAROLI MAGNI*, modò ſub hoc Titulo, è *Libris Capitulariis*, atque è ſingulis ſep̄tem Libris defumpti ſunt. *ANTONIUS AUGUSTINUS* duos *Dialogos* in hos  
Canones ſcripsit X. & XI. *Libri II.* in quibus ex-  
ponit originem verbi *Capitularia*, eamque à verbo, *Capitulum* derivat. De ſep̄tem Librorum Collectoribus loquitur *ANSEGISO* Abbate, & *BENEDICTO* Diacono, obſervatque diſcriben harum duarum Collectionum.

Hæc omnia fuſiſ exponuntur à *BALUSIO* in *Prefatione* Editionis horum *Capitularium* ab eo publicata. Inter *Notas* hujus Autoris in hoc opus, una eft valde congrua, nempe, *Gratianum* longius à pravo exemplo *BURCHARDI* recedentem, qui affectavat abſinere à laudandis illis nominatim, excerpta inde expressa aliis tribuendo, *Gratianum*, inquam, ea no-  
minatim laudare, etiam in Argumentis maximè ſpi-  
ritualibus vid. pag. 1148. *Tom. II. sub finem*, ubi re-  
mittit ad suas *Notas* in *Gratianum* atque in *Reginonem*.

Ad percipliendam equitatē hujus criminatioſis in *BURCHARDUM*, quam multoties in operibus ſuis *BALUSIUS* repetit, diſcipliendum eſſet, an *Capitularium loca*, quæ alii attribuit, ſint ex iis, quæ in Conciliis reperiuntur, unde partim eruta ſunt *Capitularia* juxta Notam *ANTONII AUGUSTINI* loco laudato: ſi enim eodem modo ſe habeant in Conciliis atque in *Capitularibus*, *BURCHARDO* ipsa laudare licuit ſub nomine eorum Conciliorum: ſi non exiſtant in Conciliis, nul-  
luſque alius ante ipsum, ea Conciliis iſdem adſcrip-  
rit, fontem, à quo illa deprompt, diſſimulare ſine perverſitate non potuit. Hæc obiter dicta ſint. Talis faſti diſcuſſio noſtri non eſt iſtituti. Redeamus ad *ANT. AUGUSTINUM*: iſ de Canonibus omnibus non loquitur, quos *Gratianus* è *Capitularibus* defumpti, quos ſi quis noſcere cupiat, id facile conſequetur ope *Tertiī Indicis DECRETI*, qui cum ceteris ad calcem Corporis Juris ſitus eſt, ubi illi fideliter laudantur, ut ex diſcuſſione ſerīa comprobavimus. Unius tamen meminim *ANT. AUGUSTINUS*, qui ab hoc *Indice* abſit; ſcilicet *Can. 16. CAUS. XXII. QUEST. V.* Hunc *Gratianus* *CORNELIO* Pontifici tribuit juxta exemplum *Burchardi* & *IVONIS*. Error à pravā intentione *Burchar- do* attributuſ naſci potuit, quem incaute Ivo fecutus eſt.

*Tom. I.*

ſet. Quamvis in *Capitularia* plura è ſpuis Decretalibus capita irrepferint; ut patet ex Capitulis ad *Ingilramum* miſſis, qua ab iis Decretalibus eruta ſunt, & majore ſuī parte in *Capitularibus* iſerta; nullum tamen eorum eſt inter ea, qua *Gratianus* retulit.

Quoad Collectionem *HADRIANI I.* ad *Ingilramum* Metenſem Epifcopum miſſam, ſeitu necessarium eſt, hanc valde diſcrepare ab ea, quam Roma An. *DCCLXXXII. Carolo Magno* dedit, & qua nihil aliud eſt, quam Epito- me Canonum Apostolorum & Conciliorum Orienta- lium à *DIONYSIO EXIGUO* converſorum; item Canonum Conciliū *Sardicensis*, & Conciliorum *Africanorum*, quos *Dionyſius* Collectioni ſuā adjectit. Prior enim pro *Ingilramo* condita fuit, ipſique miſſa: Canones in ea integri reſeruntur, aliundeſumpti, quām Canones *Secunda Collectionis*. Nam pleraque ſunt excerpta ſpuriarum Decretalium, ut patet ex *Notis ANT. AUGUSTINI*. An. *DCCLXXXV.* edita eſt, & latiū non exten- ditur, quām circa tuitionem Epifcoporum aliorum ve Eccleſiaſticorum oppreſſorum: Ea cum illis *Notis* reſer- tur *CONC. Tom. VI. p. 1828*. Altera etiam reſer- tur p. 1800. *Notæ laudato* Textus indicant, quos *Gratianus* inde defumpti, nec non ſpuriis Decretales, aut pseudo-Concilia, unde deprompti ſunt. Duo ejus rei ſunt exempla *Notæ 1.* Iudit Textus ſimiliter indicantur in *Indice 1. suprā laudato*, in verbo *Adrianus VIII. A Capitulis defumpti* fuere, diſtinguunturque his verbis, in *Capitulis*, ab aliis textibus ejusdem Pontificis, qui ab aliis Scriptis, *Epiftolis* ſcilicet, & *Decretis* defumpti ſunt.

### SECTIO III.

#### Observationes in Collectionem REGINONIS, collatam cum DECRETO.

**N**escimus, utrum *Gratianus* *REGINONIS* Collectionem cognoverit; multò magis ignoramus, an eā uifus fuerit. Novimus duntaxat Canones ab eo Autore laudatos, in quorum margine *Gratianum* laudat *BALUSIUS*, diverso modo apud *Gratianum*, quām apud *REGINONEM* concipi. *Tres* ſunt in LIBRO I. *Primus* eſt *Can. 11.* defumptus ē Concilio *Braccarenſi*, qui prohibet Epifcopo plus quām duos ſolidos (*aureos*) à Parœciā, quām viſitat, accipere. *Gratianus* cum refert *Can. 1. CAUS. X. QUEST. XXXI.* cum *paragrapho*, qui non exiſtit apud *REGINONEM*, quo interdictum Epifcopo dominatio in Clerum. *Secondus* eſt in *Can. 243.* prohibetque, duos Parochos in eadem Parœciā confiſtui, hanc conſidero mulieri, quæ duos viros eodem tempore habere nequit. Hic apud *Gratianum* eſt *Can. 39. CAUS. VII. QUEST. I.* fuſiſque & aliis verbis concipiatur; quamvis *CALLIXTO I.* tribuatur, ſicut apud *REGINONEM*. *Tertius* eſt *Can. 443.* qui verlatur circa ſcrutinium antē Conſecrationem Epifcopi faciendum. Amplior eſt apud *Gratianum* Canon: vid. *DIST. XXIII. Is utriue Concilio Carthaginensi IV. tribuitur.*

Duo Canones ejusdem generis in LIBRO II. reperiuntur. *Prior* eſt *Can. 107. S. HYERONIMO* attributus, in eo quinque Matrimonii legitimi species diſtinguuntur; quinto loco ponitur illud, quod vir aut uxor, qui prius Matrimonium consummaverunt, cum alia perſonā contrahunt, poſtquā alteruter ex aliis Conjugis conſenſu, Monafterium ingreſſu eſt. *Posterioris* hujus Matrimonii nullitatē notaſ *REGINO*. *Canon* hic apud *Gratianum* in duas partes dividitur; prior eſt *Can. 8. CAUS. XXXVI. QUEST. II.* in quo de tribus prioribus Matrimonii legitimi speciesbus ſolum agitur. Pars altera eſt *Can. 13. CAUS. XXVII. QUEST. II.* qui quartam Matrimonii legitimi ſpeciem commēmorat; omiſſa quinta quæ *Gratianus* vīla eſt illegitima. Hi duo Canones, quos *Gratianus* tantum à ſe invicem removit, quamvis alius alterius fit pars, ſenſuſque Secundi pendeat à Primo, conſequente reſeruntur ab *IVONE*, *Part. 8. Can. 40. & 41.*

Alter LIBRI II. Canon, ad cuius marginem *Gratianus* à *BALUSIO* notatur, eſt *Can. 268*. Huic Laico *REGINO* accommodat, juxta argumentum hujus *LIBRI II.* In eo

X de

de Furto, criminisque ejus pœnitentiā agitur, cūm capitale est, & fecit; apud Gratianum is est *Canon* 17. *Caus.* XVI. Quæst. IV. casusque exprimitur, quo delictum à Clerico admisum est. *Gratianus Pœnitentiale Romanum*, REGINO, *Pœnitentiale simpliciter laudat*. *Cap. 266.* exemplum simile suppeditat. Ad quadrupli restitutionem damnat eum, qui pecuniam Ecclesie furatus est; in duplum verò eum, qui plebis ararium subripuit. Inscriptio fert ex *Lege Romana*. *GRATIANUS*, quem BALUZIUS laudat sub hoc *Can. 161.* *Can. 16.* ibid. *Caus. XVI. Quæst. IV.* idem dicit, adjicite, eum, qui rem ad Ecclesia usum destinatam furatus erit, septem annorum pœnitentia subjiciendum esse, quorum tres cum pane & aquâ transiguntur. Laudat *Pœnitentiale THEODORI*.

*Tertius* est ejusdem *Libri Canon*, qui apud *Gratianum* occurrit, scilicet 49. quem REGINO, Ferrando Diacono attribuit. Eum *Gratianus* refert *Can. 23. Dist. I. de Pœnit.* & laudat sub nomine *AUGUSTINI*. Correctores autem Romani notant, eum è variis ejus Patris laciniis invicem consutis esse coagmentatum. In eo probatur, Homicidium tam consilio & verbo, quam factu admitti.

Cæterum, quamvis apud *Gratianum* magna foret copia Canonum REGINONIS Canonibus consentaneorum, indè concludi non posset, illum hujus Scriptoris Collectione usum fuisse; constat enim, BURCHARDUM ex hac plusquam 600. Canones desumptissimis; partimque à *Gratiano Burchardum transcriptum fuisse*. Itaque BURCHARDUS hujus convenientiae fons immediatus esse potest.

Collectionis inscriptio fontes, è quibus derivata est, indicans, Conciliorum & Decretorum Pontificum solum expressam mentionem facit: plura tamen Capita desumpta sunt à Patribus S. BASILIO, HIERONYMO AMBROSIO, AUGUSTINO, ISIDORO, Legibus Romanis, *Pœnitentialibus THEODORI*, BEDE, sed præcipue à *Capitularibus Regum Franciæ*, in quo exemplum præbuisse *Gratiano* videtur, qui generali nomine *Canonum* (qui Conciliorum specialis fœtus sunt) complexus est quemque laudat à Pontificibus, Patribus, Autoribus Ecclesiasticis, Legibusque Secularibus.

#### SECTO IV.

*Observationes in Collectionem BURCHARDI collatam cum DECRETO ceterisque Collectionibus Corporis Juris.*

Constat *Gratianum* magnara Canonum copiam ex BURCHARDO, vel immedietate descripsisse, vel mediate ex IVONE hauriendo, qui illius Exscriptor fuit, ut *Note marginales* probant. Idem efficiunt crebra exempla, quæ ex eo laudat ANT. AUGUSTINUS in suis de *Emendatione Gratiani Dialogis*. *Gratianus* tamen BURCHARDUM nusquam laudat nominatim, nec IVONEM, à quo longè plura desumpti, duxit enim opportunius fore, si Canones cum inscriptione, quam in illis Autoribus habent, referret; tanquam si eos à fontibus desumptisset; ex quibus illi hauserant. Fortè Autographa, quibus illi usi sunt, ipse non habebat. Ut ut sit de causis hujus silentii, atque optionis, quâ, neglegit fontibus, rivulos prætulit, hæc ejus Operi valde nocuit; sic enim earum Collectionum menda in *DECRETUM irrepsere*. Hujus facti probationem continent laudati *Dialogi*. BALUZIUS in suâ *Præfatione* in hos *Dialogos num. xxix.* notavit etiam, illud esse unam è causis mendorum *Gratiani*. Adversus id, quod diximus, nempe, BURCHARDUM nusquam nominatim à *Gratiano* laudari, objici nequit *Can. 1. Dist. LXXXIII.* Licit enim Textus hic à BURCHARDO primam originem ducat, *Burchardusque ipse* in eo loquatur, quippe, qui est *Exeat perpetuum* ab eo Episcopo cuidam Sacerdoti sua Diceceos concessum, quo eum alii Episcopo donat, is tamen non refertur sub nomine *Burchardi*, sed sub hac Inscriptione, ex Nicanâ Synodo, quia cum BURCHARDO contendit Con-

cilium hoc ejus generis Epistolarum formam prescripsisse.

Autor Prima veterum Collectionum in eo *Gratianum* secutus non est. BURCHARDUS enim laudat nominatim, *Cap. 2. de sponsâ duorum. Cap. 1. de frigidis. & Cap. 9. de accusat.* Per B.L. 19. enim significat hunc Autorem, ut obseruat ANT. AUGUSTINUS in hos Textus. Si in Collectionem *Gregorianam* cum Titulis iisdem migraverunt, cum hoc discrimine, quod BURCHARDI nomen corrumptur, dicatur ex BROCHARDO *Cap. 2. de sponsâ duorum ex Brochardico* in reliquis.

Collectionis Inscriptio notabilis est. In ea fit mentio, 1. Divisionis ejus in xx. Libros. 2. Fontium, è quibus desumpta est, scilicet Conciliorum, Decretorum Patrum Orthodoxorum & Synodorum variarum Nationum. 3. Amplitudinis Argumenti, quidquid ad Officia Ecclesiastica pertinet, veteresque Ecclesiarum usum complectens.

Sub finem *Præfationis* distinctius indicat BURCHARDUS Collectionis sua fontes, dicendo, cam è Canonicis, qui *Corpus Canonum* vocantur, esse desumptam; 2. è Canonicis Apostolorum: 3. è Concilii Ultra-Marinis; 4. è Concilii in Germaniâ, Calliâ, & Hispaniâ habitis; 5. è Decretis Pontificum; 6. è Scripturis Evangelicis & Apostolicis; 7. è Veteri Testamento; 8. è Libris S. GREGORII; 9. è SS. Patribus HIERONYMO, AMBROSIO, AUGUSTINO, BENEDICTO, BASILIO MAGNO, ISIDORO. 11. è *Pœnitentiali Romano*, & *Pœnitentialibus THEODORI* & BEDE.

Difficile est detegere, quid intelligat per Collectionem, quam *Corpus Canonum* vocat, & quam distinguit ab aliis fontibus. Dici nequit, eam esse primam DIONYSII *Exigu Collectionem*, quoniam hæc Canones Apostolorum continet, & Concilia Ultramarina, sub quibus Germaniæ Incola Canones Africanos, atque Occidentales comprehendere debet. Dici etiam nequit, hanc Collectionem esse Secundam Dionysii; quoniam hæc nihil aliud, quam Decreta Pontificia complectitur, quæ BURCHARDUS nominatim distinguit à *Corpo Canonum*, quod affirmat esse primum Collectionis sua fontem. Dici nequit, eum per illud *Corpus* intelligere Collectionem *Isidori*, qua nomen hoc ob molem suam meretur, sibiisque à BURCHARDO adhibetur; ea enim omnes Canonum species comprehendit, quos BURCHARDUS à Canonicis *Corpus Canonum* dicit, quos distinguit. Fortè illo verbo intelligit omnes Collectiones Canonum, sua Anteriores, quarum singulæ nomen *Corporis Canonum*, perinde ac *Codicis Canonum* gerere possunt; sed maximè insigniores, quæ erant DIONYSIANÆ & ISIDORIANÆ, illis multò amplior, pluraque continens Concilia & Decreta Pontificum, antea vel posteriora iis, quæ illæ continebant.

Ut ut sit, constat pluribus retrò Sæculis extitisse Collectionem *Corpus Canonum* dictam, cuius fit mentio *Can. 1. Dist. XIX.* si Romanorum, desumpto ex Epistolâ NICOLAI I. ad Episcopos Galliæ, in quâ nittitur probare, Decretales Prædecessorum SIRICII rejici idcirco non posse, quod à Corpo Canonum absent, in toto *Codicis Canonum Corpore*. Corpus hoc ab Isidori Collectione discrepat, quæ has Decretales complectebatur, nec aliud est, quam Collectiones DIONYSIANÆ, in quarum altera compilata sunt Decretales Pontificis, in altera verò collecti sunt plerique Canones Sæculo VI. Anteriores. Controversia inter Pontificem & Galliæ Episcopos agitata, in eo vertebatur, quod illæ antiquæ Decretales non erant in Codice, qui cæteras continebat, quamvis ejus Compilator seu Autor declarat, se diligenter collegisse, quascumque Romanis in Scriniis reperit. De hoc *Corpus Canonum* fit sermo *Can. 1. Dist. XX.* in quo LEO IV. ad Pontificatum an. 847. electus, enumerat quidquid in illo continetur, & jubet, illud in Judicis usurpari, sicut declarat, illud esse Codicem Ecclesiasticum tam Civillem quam Criminalem. De eodem Corpore fit mentio in *Inscriptione Canonum 9. & 10. Caus. XXVII. Quæst. I.* quæ expresse Codicem *Canonum* commemorat laudat.